



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. Quomodo filii Pharisæorum Dæmones eiicerent?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

insipientius causam Phariseorum agit. Primo quidem itare pro Christo sese simulat, sed id minime facit. [Scimus enim quibus interdu præstigiis illudat Satan, speciem dissidii ostentans, in superstitionibus illaqueet hominum mentes. Ita exorcismi in Papatu nihil aliud sunt quam umbratiles & fictitii Satanæ contra seipsum conflictus. Verum nulla in Christum cecidit talis suspicio: quia sic demones eiecit ex hominibus, ut sanos & integros Deo restitueret. Quoties secum diabolus colludit, se ita vinci simulat ut ipse dem nihilominus triumphet: atqui Christus aperto Marte d' abolum aggressus est ut lum prorsus deinceperet, ne quicquam i' faceret residuum. Non prostratum vna in parte, v' in altera magis stabiliret: verum vnaque omnes eius machinas diruit. At præ ergo rationatur Christus, sibi nihil esse cum eo commune: quia hoc vnum propositum habet ille astutia Patet ut regnum suum coniciat. Si quis obiciat, diabolos per vergigne & cæca amentia rapiari, ut seipsos conficiant: in promptu est responsio, non alud sonare verba Christi quam absurdum esse quod iactabant Scribæ, diabolum sponte euertere quam habebat in homines potestatem, qui modis omnibus eos sibi mancipare studet.]

Hi quidem firmam: tum rationationis non at-
tigit Caluinus. Nam Phariseis clarum non erat, ita
demonem expelli corporibus, vt sanos Deo & inte-
grors restitueret. Hoc enim obcurum erat homini-
bus, & soli Christo cognitum. Qua enim pietate il-
liferunt quos i beaurit, certe non constar. Cum ergo
hac parte Christi argumentum defendat, quā reddi-
tur obscuris, certum est eum prauaricari, & hodie-
nus Iudæis, Atheisque Scripturam ridendam propo-
nere. Quod ne quis dubitet, subiungit. Deinde memo-
ria tenendum est, vulgo receptis prouerbiis ita vsum esse Chris-
tum, vt tantum essent probabiles coniecturæ, non autem solidæ
probantes. Quid igitur humana argutia contra æter-
nam sapientiam! Probabiles sunt coniecturæ, non solidæ pro-
bant. Quid igitur accusamus Phariseos si non crede-
rent, non solidæ probanti? Quomodo infideles
conuertemus, si fateamur non modo fidem nostram,
sed argumenta? Domum in summo periculo, fer-
uente aduersarij torum odio, illis nihil solidi, sed proba-
biles coniecturas obieisse?

4. Inter Anglicos & daemones porro gradus esse constat ex Ephel. 6. ubi ἀρχὴν τοῦ νου vocat Paulus. & 1. Corinth. 15. Dan. 10. & Ephel. 6. ἐξ ὧν *potestates* nominantur, & *Principes* tenebrarum. Oecumenius ait ἀρχὴν τοῦ νου πρὶν πνεύματος ἔχειν καὶ πρὶν τοῦ πνεύματος. Quia vero admodum viti sunt, & in nobis, oppugnandis concordissimī, ideo Apost. Ephel. 6. ἐξ ὧν *potestates* vocat, viti vni tam vni omnem ostendat. Si enim dæmonum essent dissidia, alii alios repellerent, torquerent, in se mutuo conuersi minus homines oppugnarent. Imo aliqui aliquos homines tuerentur contra hostes maiores.

Non posse autem Satanam si regnum scindat con-
sistere constat, cum nec contra homines nisi diuisos, &
pugnantes possit valere. Nazianzenus orat. 3. de pace
Nepotium, inquit, *sanos aggredditur, nec charitate septos ac-*
que firmatos, sed regnum in seipsum prius diuidi necesse est, ac
tunc uia la diripi, nobis que eadem accipere, qua nunc hosti nostro
accidit, perspicimus. Argumentum igitur Christi ex re,
& ciuitas iusticia uerum est. Satanas ita haec uen-
us regnum suum administruit, ut omni modo, & conatu
in homines leuaret, eos quocunq; modo obfiderit,
multos demonum dæmon eiecisset. Omnibus modis
hoc egerit, ut quos possent, obfideret, cruciarent. Hoc
iudicium in Paradiso sancitæ, hoc tota uetus historia
indica. Nunc igitur nullo modo milites suos, qui ho-
nitiu corpora occupat, i tipes vi exturbat, aut ci-

Alami Concen in Euang. Tom. I.

cit: inuitos enim cedere certum erat Iudæos: hoc enim modo exercitum suum ipse exarmaret, & dissolveret.

VERSUS 26.

Et si Satanas Satanam eijcit, aduersus se diuisus est: Et si ego in Beelzebub eijcio demones: filij vestri in quo eijciunt? Ideo ipsi indices vestri erunt.

QVÆSTIO I.

*Quomodo filij Phariseorum dæmones
eicerent?*

§. 7. **C**oncedit illis Christus filios eorum vere dæ-
mones elicere: verum quos vocet eorum
filios dubitant auctores, & veteres, & recentiores: Pri-
ma sententia Apostolos designari; qui in Christo no-
mine dæmones expellebant; *Veniunt enim & dicunt,
etiam dæmonia subijciuntur nobis.* Si igitur, inquit, il-
li in meo nomine eiiciunt, cur non & ego in meo no-
mine: Si virtus mea aliis sufficit, cur non mihi? Altera
sententia, Fuisse illos exorcistas Salomonicos, de quib⁹
Iosephus lib. 8. c. 2. Si ego in Beelzebub eiicio, in quō
ergo illi eiiciunt: cur non de illis idem suspicamini,
cum eorum vitam minus probabilem videatis?

Tertia sententia est agi de illis, qui cum Christo non sequerentur, in eius tamen nomine demonia eiecissent. Illi inquit certe non in Beelzebub, sed in meo nomine eiciunt: & cum vobiscum non mecum sentiant, non potestis illos initi pacti cum dæmone accusare.

§. 2. Ideo Iudices vestri erunt. Dicunt enim se
meum tantum nomen inuocare, & mox dæmones ce- *In Christi*
dere. vt manifesta sit inuidia illis credere; mihi fidem *nomine ej-*
non habere, cum illi de mei nominis efficacitate re- *ciebant da-*
stentur. Hanc veram puto, multi enim etiam non cre- *monia.*
dentes, dæmones eliciebant, vt postea filii Scæuæ. Do-
mesticum itaq; testimonium damnationis habebant,
cum suos mirarentur, Christum magiæ accesse-
rent.

§. 3. An Salomonii exorcistæ verè & Dei virtutè,
an collusionè cum demone eos eiecerint etiam dispu-
tant. Beza ex pacto eieçisse putat, sic & Actor. 19. v.
13. Colluisse diabolum putat, non serio eieciunt.
Caluinus varias interpretationes adducit. alios ad A-
postolos, alios ad Prophetas referre. Ipse ad vulgares
exorcistas refert. Non fuisse eos ordinarios, sed cum
aliquando præsentiam suam Deus miraculis testate-
tur, populum talem Dei virtutem expertum, ordina-
rium sibi minus temere instituisse, postea idem fecis-
se Papistas, simularum simias, Non tamen repugnare,
si quis dicat Dei virtutem sepe exorcistas Iudæorum
exeruisse. Quamvis enim, inquit, degeneres essent, noluit
tamen Dominus suâ virtute eos penitus destitui, vt in genere sa-
cerdotum & templi cultum aliquo testimonio ornaret. Nam
ad rem magnopere pertinet, à Gentium superstitionibus cla-
rius nos discerni. Prior tamen sensus mihi genuinus vi-
detur.

Nihil absurdius dici potuit, quam populum temere ordinatum munus exorcistarum instituisse, ex eo quod dæmones aliqui pellerent. De illo enim non re nihil constat. Deinde, quam ridiculum est, populum dæmonis exorcizationem, quibusdam, quasi tributum, aut quæsturam mandasse? Verè eos, & Dei virtute eiecisse credo; Salomon enim Prophetam cum esset, Deo reuerente rationem enificandorum spiri-

tuum imitatorum edocere potuit. Delirio noster
T. d. lq. Mag. lib. 2. quæstio. 30. sect. 2. optime osten-
dit eorum filios vere eiecisse. Sancti vero homines fre-
quentissime demones coercenti potestatem à Deo admirabilem
acceperunt, ut innumera testantur miracula, quibus illi ma-
los hos vicerunt & prostraverunt. Eadem vis Sacramentis Sa-
cramentalibus, & exorcismis Ecclesie semper Catholica com-
petit, neque extra illam vi ista reperitur. Videntur nostris
exorcismis, olim quidam similes à Salomone instituti, viguisse
apud Hebræos. Probatur id non ex Iosepho tantum, & D. Epi-
phanio; sed & ex Saluatoris nostri verbis, Iudæos refellen-
tis quod dicerent eum demones in Beelzebub eicere. Filij (in-
quit) vestri in quo demonia eijciunt? quod, quam ad Aposto-
los, rectius referri ad ordinarios Iudæorum exorcistas, merito
viri docti censuerunt. Nondum enim, cum hæc dicebantur,
Apostoli ad predicandum missi fuerant; & potestas illis post-
modum concessa. Et discipuli eandem quam magister ca-
lumniam sunt passi, ut eis Iesus prædixit, apud Matthæum.
Quare non satis efficaciter Apostolorum vel discipulorum suo-
rum exemplo Dominus fuisse visus: quia statim Iudæi respon-
dissent, in eodem ipsos, in quo magister, nomine, hæc effi-
cere. Crediderim Salomonem hos exorcismis instituisse, quo
tempore adhuc Deo adhaerebat: ideoque in illa virtutem divi-
nam fuisse operatam, & fortassis vim aliquam ex ipsa DEI
institutione habebant; non tantam opinor, quam hodie
Catholica Ecclesia exorcismi. Quod si contendas compositos
à Salomone, cum esset idololatra; tunc necessario illos annu-
merare cogis, cum D. Thomâ & Victoriâ, Magorum incan-
tamentis; quorum vis omnis posita in pacto cum damone. Sed
magis placet prior sententia.

Salomonij
verecyrie-
bant.

Superior
demoni cogit
inferiorem.

Itaque cum vis omnis magorum in demones, pendeat & o-
riatur ex sedere cum iu initio; sequitur sanè, si magus pactum
habeat cum damone superiore, non posse Magum vim facere
huic demoni superiori, posse tamen per ipsum demonem su-
perioiorem, ex pacto famulantem iuvantemque, inferiores
cogere ad aliquid faciendum, omittendumque, & impedire
ne perficiant qua alias potuissent: ut probatur ex Chaldei
illius Magi querela apud D. Augustinum: qui conquereba-
tur, purgande anima magno molimine frustratos sibi esse
successus, eo quod vir ad eadem potens, tactus invidia, ad-
iuratas sacræ precibus potentias alligasset, ne postulata con-
cederent. Ligavit ergo vnus demon, quod alius soluere ne-
quirit. Idem docet Eusebius; & apertissime Cynops magus
apud (quisquis ille fuit) Prochorum; ubi cum D. Ioannes
demonem interrogaret, cur Cynopi parerent; vnus eorum
respondit: quia omnis virtus Satana in eo habitat, & sedus
ac pactum habet cum vniuersis Principibus nostris: & nos
cum eo pariter pactum habemus. nam & nobis obsequitur
Cynops, & nos illi. citra tale pactum inutile est omnis ma-
gorum in malos genios conatus: cum ex pacto (ut doctum q. 2.)
tantum operentur.

Chytraeus quoque inter hæreticos, comm. in hunc
locum, ardentem precatione putat eos ab exorcistis e-
iectos.

§. 4. Filiorum cur mentionem faciat, ostendit S.
Athanasius de communione Patris, & Filij, & Spi-
ritus sancti. Caterum, eo modo ipso quod mentionem facit
filiorum, tacite dissimulanterque eos percellit, eo quod Apo-
stoli ex ipsis oriundi demonia expellerent, idque in nomine Ie-
su Nazareni, quasi diceret: si liberi vestri ad demones pro-
pulsandos in nomine meo contenti; satisque instructi sunt,
ego scilicet in nomine Beelzebub eicio demonia?

Verum alia sententia est
probabilior.

§. 2. (*)

VERSVS 28.

Si autem ego in Spiritu Dei eicio da-
mones: igitur peruenit in vos re-
gnum Dei.

QUESTIO I.

Quid in digito Dei?

§. 1. Virtute & potentia Dei. Arias de arcano ser. Digito
mone. Quod enim Lucas dixit, digito Dei, dicitur
Matthæus dixit, Spiritu Dei. Si igitur ego diuina vir-
tute demones eicio, venit in vos regnum Dei, Evan-
gelium regni, & destruetur regnum diaboli. Regnum
Dei quidem aduenit, & regnum diaboli tollit, non o-
mnino tamen, sed ex parte, post totam auferet. Ingra-
titudinem igitur & furorem arguit, quod Messiam
aduenientem oppugnent, & Dei se regno oppo-
nant.

Gregorius Nyssenus lib. quod non sint tres dii.
Hinc ostendit esse vnâ virtutem operatricem plu-
rium personarum. Ita etiam in diuinitate ratione, Chris-
tus Dei virtus, & Dei sapientia est: atque inspectricem ac
Ierax, id est, spectatricem virtutem, quam nimirum Je-
sus, id est, Deitatem suam diuinitatem dicimus per vni-
tatem Patris operatur, filio autem omnem virtutem in Spiritu
sancto perficiente, ac iudicante quidem, ut Esaias dicit, in Spi-
ritu iudicij, & Spiritu aduersionis operante item secundum Eu-
angelij vocem, quam ad Iudæos edidit. Dicit enim, Si autem
ego in Spiritu Dei eicio demonia: à Patre totam speciem benefi-
cij comprehendens per eam qua circa efficientiam est vnitatem:
per quam vnitatem mutua opera efficientia exercetur, vnâ
nomen efficientia in multis dispersi ac diuidi non potest.
Quoniam enim vna inspectricis & spectatricis virtutis ratio
(est) in Patre & Filio & Spiritu sancto, quem admodum in
superioribus dictum est, quæ ex Patre quidem tanquam à fonte
quodam proficiunt, à filio verò ad actionem deducitur, & in
virtute Spiritus gratiam perficit & consummat: ac non sepa-
ratur iuxta hypostasies vlla efficientia, quæ peculiariter ac dis-
iunctim ab vnaquaque hypostasi absque ea, quæ vna considera-
tur, perficitur.

§. 2. Dignitas igitur Dei, Spiritus S. dicitur, Augustinus
lib. 2. de consensu. ob partitionem donorum quæ in
nullis membris magis apparet, quam in digitis. Cuius
Spiritus sanctum digitum, manum, & brachium
filium Dei vult. Hinc comm. Hiero. probat Patris &
Filij, & Spiritus sancti vnâ esse substantiam. Potest
hoc rectè dici, videretur tamen per digitum virtus Dei
significari, ut Toler. & alij. Nam & Tertullian. ita
docuit. Et constat ex Magis Pharaonis, qui victi cla-
mabant digitum Dei hunc esse: cum tamen de persona
Spiritus sancti nihil illis cognitum esset. Ita noster Be-
rterius in Exod. 8. sic Psalm. 8. vers. 4. cæli opera digi-
torum Dei dicuntur. sic Isaiæ 40. vers. 12. tibus digi-
tis terram appendit, qui non possunt esse uires Spiritus
sancti.

VERSVS 29.

Aut quomodo potest quisquam in-
trare in domum fortis, & vasat-
us diripere: nisi prius alligauerit
fortem? & tunc domum illius diri-
piet.

QUESTIO